



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XXV. Albanen. celebrationis missarum. Legatum hæredi injunctum, celebrationis certi numeri missarum in aliqua Ecclesia, an spectet ad religiosos dictæ Ecclesiæ, per quos pernecessè missæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

alter, ex ejus malo fato ejus jura commiserit, ad effectum, ut ita per innocentem ista poena incurrat, curet, ut hæc oppositio fiat, istoque casu verum est, ut dictum æquativum arbitrium, justè, ac rationabiliter interponi debeat, etiam ad hunc effectum; Secus autem ubi ista circumstantia cesset; Atque hinc, in ista legali facultate, resultat tam magna æquivocorum frequentia, quoniam ea, quæ in uno casu, quamvis justè, ac fundatè decisa, vel dicta sint, uno alterum transcribente, statuuntur pro regula generali, cuiusmodi casui applicabili.

Quoerò ad alterum punctum, an scilicet hæc legataria, quæ post mortem testatoris, immutando statum viduitatis ad alia vota transitum fecerat, habitationem ab hærede separatam, ac alimenta extra ejusdem hæredis mensam petere possit.

Scribentes pro ea, cum consueta ineptia, seu improbo pragmaticorum superfluo labore, magnum allegationum cumulum faciebant super conclusione, quæ in specie firmatur in *Romana usufructus coram Bevilacqua decis. 95. num. 4. & 5. par. 12.*, & pluries alibi insinuat, quod scilicet transitus ad secundas nuptias non causat amissionem legati, quamvis istud à primo viro factum sit, cujus, ejusque filiorum superstitum tantum favore, vel ratione, in usu remanent poenæ secundo nubentium, & non aliàs, ex ijs, quæ ad hanc materiam secundarum nuptiarum habentur *sub tit. de successibus*; Multo igitur minus, ubi agitur de legato factò per alium, quam per primum virum, ejusque caducitas non percipit favorem filiorum primi matrimonij, sed alterius.

Hoc autem posito; Quamvis iisdem Scribentes admitterent regulam, ut habitatio, ac alimenta isto casu sequi deberent personam hæredis ob expressam testatoris voluntatem, quæ cessare facit quæstionem juris super qua ad satisfactionem multa de more cumulant *Addunt. ad decis. 636 par. 4. rec. tom. 3.*, ubi, ac in alijs ibidem cumulatis habetur, de distinctione inter alimenta debita jure actionis, ac alia officio Judicis.

Dicebant tamen, quod etiam in casu quo, ex legis, vel hominis dispositione, alimentandus recipere debet alimenta in domo hæredis, vel alterius alicuius obligati, qui extra propriam domum ad id non teneatur, adhuc tamen, id cesset ex justa causa, ex parte alimentarij verè non culpa, ex ijs, quæ pariter ad satisfactionem cumulantur per dictos *Addunt. ad decisionem 636. n. 113. cum seqq. par. 4. rec. tom. 3.*; Ubi quod inter justas causas reputatur ista dissensionum, vel odij ratio litis; Multo verò magis altera justa causa quoque accedente, licita, atque jure canonico potius approbata, quam improbate mutationis status per transitum ad alia vota, unde propterea nedum incongrua, sed ex facti qualitate impossibilis reddebatur dicta conviventia cum hærede, eo modo, quo in statu viduitatis sequuta erat.

Admittebam ego scribens pro hærede veritatem omnium præmissorum in abstracto, sive in suis casibus; Attamen [etiam cum aliquo sensu veritatis] negabam applicationem, in qua advertebam quod consisteret æquivocum; Proceedendo etenim cum ea, [quæ mihi semper cordi est], propositione, quæ pro meo sensu ante omnia præ oculis habenda est, ut in hujusmodi quæstionibus voluntatis istius substantia principaliter attendi debeat, non autem procedi cum formalitate verborum, vel cum generalibus juris propositionibus; Ista verò substantia attenda, stantibus personarum qualitate, ac patrimonij quantitate, clarum videbatur, ut testatoris voluntas fuerit injungendi pa-

truo ejus hæredi, ut forem, quam viduam, atque in eo statu perseverarem præsupponit, apparet, eodem modo, ac domo retinere contentionebat, dum penè eadem sanguinis acta conjugio lebat onus; Tum quia conjunctæ mulieris castitatem, & utilitatem importet; Tum etiam clarius, quia modicum onus est nulli, & licet conjunctæ personæ familiariter suppetant alimenta, in propria mensa, pro qua postea videtur sumptus suppeditare oportet; Et contingat obli-gando ad præstandum alimenta extra domum pecunia, esset augere onus ad testatorem non viduam, neque injunctum juxta decisa per *Rotam in Romana alimentorum 24. Maij 1593. coram Gregorio alijs cumulatis per dictos Add. ad decisionem par. 4. rec. tom. 3. num. 122. cum seqq.*; Idem tamen quod aliud ab ista legataria præstandum posset, nisi estimatio ejus, quod importaret stare habitationem, ac alimenta in propria mensa, atque id, quod domi fuisset impenditur, quæ habentur in Romana pecuniaria pro *Urbana sub tit. de credito disc. 86.*; Et ad quod consisteret servabam ea, quæ habentur *sub tit. de servationibus 66.* super distinctione inter legatum habitandi, ac legatum facultatis habitandi, ex ibi debentibus.

A L B A N E N S I S C E L E B R A T I O N I S M I S S A R V M

P R O
M A G D A L E N A M A N F R O N A

Responsum pro veritate.

Legatum hæredi injunctum, celebrationis certi numeri missarum in aliqua Ecclesia, an spectet ad religiosos dicte Ecclesie, per quos pernecelesse missæ celebrantur sint, vel potius hæres eligere possit licet dotes ad celebrationem.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F** Alti series.
- 2 **F** Legatum Ecclesie promissum pertinet ad Religiosum.
- 3 **F** Fallit ubi onus est injunctum heredi.
- 4 **F** Legatum promissum in Ecclesia generalium, in Ecclesia debetur, si monialia transmittuntur.
- 5 **F** Quod clerici saculari possint accedere ad Ecclesiam Regularium.
- 6 **F** Decretum Gratiani non est authenticum.
- 7 **F** Declaratur conclusio, de qua num. 5.
- 8 **F** Declaratur circa idem consil. Abbatis.
- 9 **F** De alio casu controverso.
- 10 **F** De aliquibus declarationibus S. Congregationis.
- 11 **F** Vbi Regularis se opponit ne Clerici saculari missas ibi celebrent, legatum in alia Ecclesia impleri potest.
- 12 **F** De alijs declarationibus Sac. Congregationis quando procedant.

DISC.

De L. U.
de
Testamen
et cat.
9VI
9



OMINICUS heredem instituit Aloysium Ioannem Baptistam filium, cui morienti sine prole, succedere voluit Margaritam uxorem, cum onere, ut teneretur celebrari facere pro anima ipsius, & suorum in Ecclesia Beata

Marie Gratiarum Oppidi Mareni singulis annis quaedam missas in perpetuum; Cum autem factus esset casus dictae substitutionis, dictaque Ecclesia pertineret ad Clericos Regulares minores, isti que praeponderent jus, & actionem habere exigendi effectus ad id assignatos, haeres autem vellet in eadem Ecclesia, quatenus impedimentum non reciperet, celebrari facere ab alijs Sacerdotibus dictas missas, sin minus in casu impedimenti in alia Ecclesia; Hinc ex parte Magdalenae heredis dictae Margaritae interim defunctae pro veritate consultus.

Respondi, quod quando legatum directum esset in ipsam Ecclesiam, quia nempe dictum esset relinqui Ecclesiae annuum summam pro missis celebrandis, tunc probabilius respondendum esset pro dictis Regularibus, qui Rectores eorum Ecclesiae dicuntur juxta *decisiones Cauales. 369. & 405.* in quibus firmatur, ut legatum factum pro missis celebrandis in Ecclesia, debeatur ejusdem Ecclesiae Rectori, cui incumbat onus, seu cura celebrationis, quod etiam habetur *decis. 294. & 338. par. 9. rec.*, ubi concordantes.

Verum, quia onus injunctum erat ipsi heredi, idcirco pro isto potius in hac facti specie dixi respondendum videri, quoniam, ubi onus heredi injunctum est, aliam iste non habet obligationem, nisi illam adimplendi, atque curandi, ut sequatur opus à testatore volitum, & sic ipsum sacrificium, quod solum à testatore contemplatum fuit, non autem una, vel altera persona, quae celebrare deberet, ut bene advertit *Petrus de Vbaldis in tract. de portione Can. cap. 7. n. 57.* atque per argumentum à contrario comprobant *eadem decis. 294. & 338. par. 9. rec.*, in quibus totus punctus restrictus fuit, an onus injunctum esset heredi, vel Rectori.

Et licet in contrarium facere viderentur deducta *apud Seraph. decis. 1149.*, ubi, quod non videatur contemplata Ecclesia localis, sed ea, in qua essent moniales, quae principaliter contemplata videntur; Nihilominus ibi deducta non videbantur facere ad rem, ob diversas facti circumstantias, quoniam legatum directum erat in Moniales, atque ex dispositionis contextu apparebat, quod factum esset in earum gratiam, ut ita scilicet relevarentur ab onere sustentandi proprium cappellanum pro missa quotidiana conventuali, qua indigent; Unde propterea bene deciditur, quod si Moniales translate sint de loco ad locum, missae celebrandae sunt in nova Ecclesia loci translationis, ubi illae resident, non autem in antiqua, quamvis testator illam expressè nominasset, cum conferretur nominata demonstrativè, & cum praesupposito, quod Monialibus deserviret.

Et quamvis pro ratione dubitandi ponderarem dispositionem textus in *cap. dudum 18. quest. 2.*, ubi deciditur, quod clerici saeculares accedere non debent ad celebrandum in Ecclesijs regularium, nisi ab istis invententur, per quem textum ita in terminis plenè firmat *Abb. conf. 59. par. 2.*; Attamen dicebam, quod hujusmodi prohibitio hodie de facto non militaret; Tum quia decretum *Gratiani* non est authenticum, minusque *Canones* in eo con-

tenti habent vim legis, ut habent illi, qui continentur in *Decretalibus*, & sexto, alijsque annexis, ut advertit *Rota apud Peniam decis. 377.* juxta *Venetam* alias 484. juxta *Lugdunen.* & in alijs; Tum etiam, quia cessavit dicti Canonis ratio, quae consistit in ea solitudine, ac totali separatione à commercio saecularium, quam praesens temporibus monaci profitebantur, utpotè anachoreticam vitam tunc potius ducentes, cujus oppositum hodie ab introductione Mendicantium, aliarumque modernarum Religionum citrà, de facto servatur, dum in regularium magis quam clericorum saecularium Ecclesijs populi concursus habetur, atque in eis frequentius divina ministrantur, ipsique regulares magis quam clerici saeculares laicorum negotia pertractant.

Quae autem dicuntur per *Abb. dicto conf. 59.* percutiunt materiam juris patronatus in Ecclesia regulari pro clericis saecularibus non erigendi, nè saeculares jurisdictionaliter, atque in ratione auctoritativa jus habent divina celebrandi in Ecclesijs regularium, ita ordines confundendo, praesertim verò, ubi ageretur de altari majori, ex deductis in materia *Adden. ad Bur. att. dec. 1.*; Secus autem, ubi agitur de implendis oneribus missarum non solemnium in alijs ejusdem Ecclesiae altaribus; Ut circa annum 1657 pro absoluto habitum fuit per *S. Congregationem de Propaganda Fide* occasione creationis quarundem cappellanarum annualium, quam Cardinalis Cornelius in testamento demandaverat pro aliquibus missis quotidie celebrandis in cappella *S. Theresiae* per ipsum fundata in Ecclesia *B. Mariae de Victoria* ordinis dictae *S. Theresiae*, non obstante oppositione dictorum religiosorum, pro quibus ego scribens more Advocati deducebam dictum *conf. Abbatis*, ejusque fundamenta, quoniam dictum fuit, quod ille loquitur in dictis terminis; Quamvis in eo casu dictis *PP.* deinde *S. Congregationi* humiliter supplicatibus, gratosè sumptum fuerit quoddam temperamentum, ex ratione eorum particularis Instituti.

Stantibus praesertim aliquibus declarationibus Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium in una *Neapolitana die ultima Febr. 1605.* & in una *Mediolanen. 4. Maij 1608.*, ac altera declaratione Sac. Congregationis Concilij in una *Romana 15. Januarij 1639.*, ut regulares teneantur praestare patientiam in eorum Ecclesijs, ut missae relictæ possint celebrari per sacerdotes saeculares, cum aliqua tamen congrua, & honesta contributione pro expensis cere, vini, hostiarum, ac etiam usus paramentorum.

Quatenus verò dicti regulares, oblatione dictae contributionis non contenti se opponerent, atque haeres non curaret suscipere onus illos cogendi; Tunc dixi, quod liberum remaneret dicto heredi onus praedictum adimplendi in alia sibi bene visa Ecclesia, ex jam dicta ratione, quod ipsum opus, seu sacrificium principaliter à testatore volitum, seu contemplatum dicitur; Atque ita declaravit Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium, in una *Burgi S. Sepulchri 7. Octobris 1617.* & in una *Balneoregien. 18. Martij 1622.*, dum facultatem dedit loci Ordinario transferendi onus in aliam Ecclesiam.

Fundabant[quantum relatum fuit] dicti regulares eorum praetensionem in quibusdam declarationibus Sacrae Congregationis relatis per *Barbas. de Paroch. cap. II. num. finali.* & per *Nicol. in suo flo. sculis*; Verum ista percutiebant regularium exemptionem à subministracione paramentorum, ce-

ra, vini, & aliorum, quæ necessaria sunt pro mis-
farum celebratione, undè quando seculares de his
se provident, corrui hoc fundamentum.

HORTANA
LEGATI

P R O

PP. C A R M E L I T A N I S
TERRÆ CANEPINÆ.

Responsum pro veritate.

Facto legato de aliquibus bonis, quæ alicui
censui, vel oneri affecta sint, cui incumbat,
census, vel oneris solutio, an .s. hæredi,
vel legatario.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **V**t onus censuum sit donatarij, non au-
tem legatarij, & de ratione diffe-
rentia.
- 3 **D**istinguitur etiam ad effectum legati, an onus
sit proprium, vel occasionale.
- 4 **C**ensus consignativus est onus personale.
- 5 **I**lleque non tribuit dominium, vel jus reale in
fundo.
- 6 **S**ecus dicendum in occasione.
- 7 **I**ste distinctiones attenduntur in dubio, secus au-
tem, ubi constas de voluntate.
- 8 **Q**uomodo ista voluntas metienda sit, & ad quid
suffragetur favor pia causa.
- 9 **S**tatus hereditatis, & qualitas operis in legato in-
iuncti attendi debet.
- 10 **Q**uid operetur, quod legatum relictum sit titu-
lo institutionis.
- 11 **V**el si agatur de legato alicujus universalitatis bo-
norum.
- 12 **D**e eodem, de quo num. 9. & quomodo questio de-
cidenda sit.

D I S C. XXVI.



Um testator, institutionis titulo
reliquisset bona existentia in ter-
ritorio Viterbiensi, ad effectum ex
illis construendi Ecclesiam in
Conventu Carmelitanorum loci
Canepinæ, ac etiam celebrandi
quasdam missas, & anniversaria,
dictaque bona affecta essent quibusdam censibus
consignativis, super eis impositis ad formam Bullæ
Pij V.; Hinc orta est controversia, an ad Conventum
legatarium spectare deberent bona libera, ita-
ut onus esset hæredis universalis dictos census re-
dimere, seu aliàs eorum onus in se assumere; Vel
potius è converso legatarius illa obtinere deberet,
sic onerata, & affecta; Cumque desuper ex parte
dicti Conventus pro veritate meum consilium ex-
petitum fuerit.

Respondi, quod licet, ubi agitur de legato pro
legatario de plano respondendum videatur [quasi
quod difficultas esset solum in casu donationis in-
ter vivos] auctoritate Rote in Romana censu 7. Fe-
bruarij 1628. coram Pirovano, ut dicit de Marin.

resol. 12. lib. 1., ubi registrat eandem definitionem,
quæ etiam est impress. accis. 517. post Can., & de
133. par. 5. rec., in qua donatario, secus si actus
trâ, ita contrarium supponendo in legatario, cum
quo benignius proceditur, atque in ordinariis
interpretatio capienda est, potissimum, ubi agitur
vire causa pia.

Attamen verius videri dixi, ut in præcedenti
an ageretur de censibus impositis per eandem
statorem, seu ejus auctores, quorum prædicta
res, ac successor universalis in universis
vum, & passivum etiam personale; Valens
census per ipsum deberentur occasione
quàm à tertio possessore dictorum bonorum
singulari, adeo ut nulla cõcurreret propria
auctoris obligatio personalis, sed certum
tur, quatenus esset possessor, & sic per
occasionalis, seu causativæ juxta casum, de quo
Amat resol. 21.

Primo enim casu, pro legatario respondendum
esse censui per dispositionem text. in l. si
ff. de legat. 1. ubi communiter Scribentes
dicit per Cenc. de cens. quest. 79. ex num. 6. præ-
bentes apud eundem, super impugnatione
decisionis, etiam in casu donationis, an
ne, quod census consignativus in ordine ad
impositorem, vel ejus hæredem universalem
dici non potest onus intrinsecum, & redemptum
census reservativi, vel canones, seu litelli, ac
les, sed potius continet onus, seu obligationem
personalem, interveniente solum fundo, ut
fieret forma præscriptæ, per Constitutionem
V., seu ob intrinsecam naturam contractus, ut
rius forte videtur, quoniam ex veriori opinione
censuarium non transit rei censuæ dominium,
minisque servitus, vel aliud jus reale queritur, sed
solum quædam hypotheca magis specialis ex de-
ctis per Cenc. quest. 1. num. 13. & quest. 23. per
ac habetur plures in sua materia sub in ac censibus,
ac etiam in Romana, seu Tulerina collectæ sub
de Regalibus disc. 92. occasione quætionis, an
ditor census teneatur, necne à collectis in
fundi censiti, ac alibi.

Si verò dictum onus esset [ut supra] occasio-
le, seu causativum tanquam à tertio possessor
tulo singulari bonorum, & tunc dicebam, etiam
respondendum esset, cum tunc non inter
text. in dicta l. si res obligata, sed potius cogatur
videatur ratio, ob quam ad legatarium pertinet
onus intrinsecum, seu reale, quale respectu
possessoris, etiam census consignativi imponitur
dentur, ut admittitur per Scribentes apud Can-
Et a quest. 79. num. 58. & seq., ubi sic distinguitur
respondetur ad Gratian., & alios, qui patet hæ-
dis contra legatarium tenent.

Utroque tamen casu dixi, quod questio
tius facti, & voluntatis quam juris, proinde
distinctione prædicta firmari non potest
certa, & determinata regula generalis, sed
juxta conjecturalium quætionum naturam, &
distinctio attendenda est pro inducenda
distinctione in dubio, secus autem, ubi directæ
tatis inditia, vel conjecturæ accederent, quoniam
tunc istis omnino deferendum esset, ut
tanquam absolutum admittitur per omnes
dè de materia tractantes, quamvis inter se
deant.

Super hujusmodi autem voluntate indaganda
pariter certa, & determinata regula tradi non
test, sed totum venit decidendum pro
cis arbitrio, ex singulorum casuum particularibus
circum-

De L. U.
de
testamen
et cat
9VI
9